

Ac si scilicet aliquod esset sacrificium, quod Deo non afferat laudem: ita sane est, ait Ambrosius, impiorum sacrificia laudi suæ Deus non ducit, quæ vero à piis inferuntur etiam si parua sint summam Deo gloriam afferunt, quia non tam æstimantur ex proprio valore, quam ex dignitate personæ offerentis: unde subdit David: & redde altissimo vota tua, id est, vota, quæ intra te sunt, te Deo redde acceptum, pietatem cole, quod si feceris satis magnam hostiam Deo maclasti. Et addit. *Terribili, & ei qui auferit spiritum principum, terribili apud Reges terræ*, id est, laudate eum, qui personas non acceptat, sed pro vniuscuiusque meritis, causas discernit, & oblata munera æstimat. *Fide Abel*, (ait Ambrosius) plurimam hostiam obtulit Deo, ideo super Cain munera fratris placuit nimis Abel, quia fide viuit. Nam unde pauperis hostia magis, quam diuitis placet? quia pauper fide ditior est, sobrietate locupletior, & cum sit pauper, ex illis est, quibus dicitur: tibi offerent Reges munera, non enim paupertatis offerentibus, sed motus proprios regentibus, Dominus Iesus delectatur, qui corporalis lasciuia mentis dominentur imperio, studio deuotionis, & fidei, non sacrificiorum ambitione delector. Tantummodo homo immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Aut certe si placet, sic accipiam, quoniam dixit obdormisse somnium suum diuites, increpationes præmisit Domini in eos, terrorem subiecit, potentiam prædicauit, cui nec diuites resisterent, & conuersus ad vniuersos ait: diuites dormierunt, diuites increpantur. Vos orate, & reddite Domino Deo vestro, omnes, qui in circuitu eius offerunt munera, id est, gratias agite pauperes, quia non est acceptor personarum Deus, illi diuitias seruent, condant pecuniam auri, aggregent argenti thesauros, vos orate, quia hoc solum habetis, quod est auro preciosius, & argento. Hoc intulit Ambrosius, quia vbi noster vulgatus habet: *Vouete, & reddite Domino Deo vestro*, ipse ex 70. legit, *Orate, & reddite Domino Deo vestro*, & subdit Ambrosius. *Terribili, & ei qui auferit spiritum principum*, eo quod nullo redimatur diuitis premio, nullo inflectatur potentium suspensio, qui culpa pretia discriminat, & quo plus alicui detulerit eo plus exigit ab eo.

17. Tantæ dignitatis, & excellentiæ sunt apud Deum sancti viri, vt vel temporibus ipsis in quibus vixerunt summam Deus adhibeat reuerentiam, & cultum deferat. Hæc est mens Ambrosij in Psalmum 36. 18. *Nonuit Dominus dies immaculatarum*, id est, multam curam, gerit Deus temporis in quo pij viri, & iusti degunt, & tanquam rem planè sacram veneratur. Notat modum dicendi Christi Domini

Psal. 36. 18.

Lucæ 4. 25.

Ambros.

18.

Cant. 7. 5.

Lucæ 4. 25. *Multa vidua erant in diebus Elia*, &c. Dies Eliæ vocatur tempus illud in quo Elias vixit, vel forte sicut nos tempus numeramus per Reges, Pontifices, & Imperatores, qui præsent: ita Deus tempora discernit per viros pios, qui in eis floruerunt. *Nonuit Dominus* (ait Ambrosius) *dies immaculatarum*. *Sunt enim dies Elia, sunt dies Nabuchodonosor*, id est, *Euangelium habet, in diebus Elia, quando clausum est cælum. Nox erat perfidis, sed Elia lumen erat, clausum erat perfidis cælum sed Elia patebat.*

Canticor. 7. 5. *Caput tuum sicut Carmelus; & coma capitis tui, sicut purpura Regis vincla canalibus*. Ambrosius in Psalmum 118. à vulgata lectione diuersus, sententia nobis valde propinquus, per capillos sponsæ intelligit sanctos, & pios viros: hi autem sicut purpura dicuntur, quia purpura insigne Regum erat apud antiquos. Ergo sensus est: omnes pij viri purpuram induerunt, omnes Reges sunt, & Regum insigne præferunt. Hunc veterum morem innuit Martialis.

*Diuisit nostras purpura vestra togas.*

Vnde quandoque sumitur pro ipsis magistratibus, sicut insigne alicuius rei, pro re ipsa capitur testis: Est idem Martialis hoc carmine.

*Purpura te felix, te colit omnis honos.*

Ergo purpuratos inducit sponsa omnes iustos, id est, Reges & Principes. *Et ornatus* (ait Ambrosius) *capitis tui sicut purpura, sanguis Christi purpura est, qui inficit sanctorum animas, non solum colore resplendens, sed etiam potestate, quia Reges facit, & meliores Reges, quibus regnum donat æternum.*

Ambros.

Marci 11. *Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in viuio, & soluerunt eum*. Quid opus fuit, vt Euangelista tam exacte describeret locum, in quo erat ligatus pullus ille, cui Christus insedit, scilicet erat foris extra castellum in viuio, vel vt legit Ambrosius lib. 9. in Lucam, *ante ianuam in trāstū*? idem Ambrosius loco allegato, id factum existimat, vt hac ratione, miseram peccatoris conditionem ostenderet, & ex aduerso piorum hominum sclicitatem, in transitu erat, quia peccator multorum dominorum seruitio expositus est, & modo huic modo alij inseruit, quapropter & hic pullus, multorum dominorum fuisse dicitur. Nonnulla alia ad rem presentem adducit, quæ transfero, non expono. *Marcus autem* (ait Ambrosius) *induxit illum ligatum ante ianuam in transitu, quia extra Christum quicumque est, foris est, in transitu addidit, ubi nullius certa possessio, non præsepe, non alimentum, non stabulum. Misera seruitus cui vagum ius est: plures enim dominos habet, qui vnum non habet. Alij alligant, & possideant, iste soluit, vt teneat. Vehementiora enim iura nouit esse, quam vincula.*

19. Marc. 11. 4.

Ambros.

Matt. 26. 57. *cum autem sero factum esset, venit homo quidam diues ab Arimathia nomine Ioseph, qui, & ipse Discipulus erat Iesu*. Hoc quidem factum recenset Lucas cap. 26. 50. his verbis. *Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus, & iustus. Quem Lucas iustum, & bonum appellat, hunc Matthæus diuitem dixerat. Sat enim diues est, qui iustus est. Nec mea hæc obseruatio est, sed Ambrosij libro 10. in Lucam his verbis. Hunc Ioseph iustum Lucas dixit, Matthæus diuitem, & merito hoc loco diues dicitur, ubi corpus suscipit Christi, suscipiendo enim diuitem, nesciuit fidei paupertatem, diues est ergo, qui iustus est, iustus vero sindone inuoluit, Israëlita vero & diuersos miscet virtutis odores, & aloës miscet quasi libras centum, hoc est, perfectæ fidei quantitatem.*

20. Matt. 26. 57.

Lucæ 26. 50.

Ambros.

Seruo sensato liberi seruiunt: & vir prudens, & disciplinatus non murmurabit correptus, & infcius non honorabitur.

VERS. 28.

Sicut superioribus sententiis docuit neminem honore priuandum ob paupertatem, sed omnibus æque distribuendum iuxta mensuram timoris Dei, quo pollent: sic etiam in hoc versu docet ob sapientiam hominem esse honorandum, etiam si non sit generis nobilitate clarus. *Seruo sensato liberi seruiunt*. Seruo prudenti, qui ingenui sunt, parebunt; & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus. Et vir prudens, & doctus non murmurabit quamuis ab eo corripiatur ob aliquos defectus, sine quibus vita humana duci non potest, sed submisso animo correptionem feret, & *infcius non honorabitur*, & stultus nullum honorem à Deo accipiet.

I.

*Seruo sensato*, &c. id est, ea est vis sapientiæ, vt abiectissimum quemque; & vile mancipium ingenuis præferat, & illis faciat dominari. Iansenius: seruo sensato liberi non dedignabuntur seruire, & obedire.

2.

Tigurina



Tigurina non longius abest: quæ integram sententiam hac ratione transfert. *Liberi ministrabunt seruo cordato, & vir prudens cū eruditur, non fremet: neque enim honoribus afficietur imperitus.* Eadem sententia habetur, Prouerb. 17. *Seruus sapiens dominabitur seruis stultis.* Glossa ordinaria ad literam: sæpe euenit, vt ignobilis genere, nobilitatis scientia, & fide nobilibus præferatur. Vnde seruus sapiens dominabitur filiis stultis. Mystice autem seruus Ecclesiasticus, qui deuote seruat religionem Christianam proponitur Synagoga, vnde maior seruiat minori.

3. *Et vir prudens, & disciplinatus nō murmurabit correptus.* Priorem partem hac ratione præsentī coniunximus: & vir prudens etiam si dominus sit, & multo clarus honore, non detractabit correptionem, serui prudentis. Potest etiam absolute accipi sententia, vt nullus corripī ægre ferat ob humanæ vitæ vitia, quæ nullus hominum facile vitabit. Similia habes Prouerb. 9. *Argue, sapientem, & diliget te.* Hugo: correptus vel disciplinatus verbo vel verberē; assiduis enim castigationibus, vel admonitionibus assuescit correptioni, vel correptionem non detractare.

4. *Et inscius non honorabitur.* Hanc partem Græca non habent. Significat autem ad sensatum seruum etiam pertinere non honorare homines insipientes, sicut, & delinquentes corripere. Quidam honorem pro dignitate accipiunt hac ratione, vir imprudens non euehatur ad dignitates, vt sit antithesis cum prima parte huius sententiæ, scilicet, *seruo sensato liberi seruient.* Scilicet præclaras obtineant. Et inscius non honorabitur, id est, non proficietur aliis. Lyra, & inscius, id est, qui correptionem suscipit, vt sensus sit. Qui æquo animo corripientem se suscipit dignus est qui potestate, & honore clarus fiat: qui vero corripienti se irascitur, indignus honore, & præfectura est.

VERS. 29. *Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustia.*

1. *Noli extollere te in faciendo opere tuo.* Noli cum operandum est iactare natales: & indignum existimare, vt qui talis ac tantus sit labori incumbat. *Et noli cunctari in tempore angustia.* Et noli reculare laborem cum fame premeris.

2. *Noli extollere te in faciendo opere tuo.* Exemplaria Græca ordinem videntur inuertere, & verbum *αυψίζω*, quod correspondet verbo cunctari in priorē parte versus ponunt. Verbum verò *δὲξάω*, quod correspondet verbo extollere, in posteriore parte addunt: prius verbum Græcum duo significat, scilicet sapienter loqui, aut sapientiam iactare: significat etiam verbis, aliquem decipere, captiose eum aliquo agere, nequere rationes quibus se excuset, quo sensu legisse videtur noster interpret dum vertit cunctari. Ergo sensus est, cum opus aliquod faciendum est vel labor subeundus, ne rationes congeras, quibus labore subterfugas. Præcipue tamē de his agit, qui præclaros natales obtinent, & indignum iactant virum tantum hoc, vel illud opus subire, hic enim sensus maxime conuenit præcedenti versus scilicet: *Seruo sensato liberi seruient*, cōgruit etiam cum eo quod subdit: *Melior est, qui operatur; & abundat in omnibus, quam qui gloriatur, & eget pane.* Quæ sententia apud Græcos cum coniunctione habetur, scilicet, *melior est enim*, &c. reddit enim rationem ob quam elaborandum sit, ei etiam, qui à præclaris patribus ortum habet, scilicet ne eget. Dionys. Carth. de humilitate locum exponit; &

nequis se extollat de opere à se facto. Paulus de Palatio, de fugiendo ocio naturæ inimico authorem loqui autumat.

3. *Et noli cunctari in tempore angustia.* Tempus angustia vocat tempus, quo quis vrgetur rei familiaris difficultate, paupertateque praimitur. Huic enim necesse est laborare etiam si atavos, & proavos Reges numeret, vt egestati succurrat. Dionys. Carth. de oratione ad Deum faciendā, quando laboribus vrgemur hanc partem exponit. *In tempore angustia.* Hug. Card. totum tempus vitæ præsentis, tempus angustia vocat, in hoc ergo tempore non cessandum ab opere, sed labori semper incumbendum.

Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quam qui gloriatur, & eget pane. VERS. 30.

1. Quasi dicat. Melior est, & maiore laude dignus, qui laborat, & abundat rebus omnibus, quam qui suum iactat genus, & fame perit.

2. *Melior est, &c.* Similem sententiam habes Prouerb. 12. *Melior est pauper, & sufficiens sibi, quam gloriosus, & indigens pane.* Componit vtraque sententia hominem indigentem iactantem genus suū, cum eo, qui ex alia honesta arte victum sibi quaerit, & hunc illi præfert. Locum intelligo de his præcipue, qui suum genus iactare nō cessant. Quid enim prodest genus trahere à viris prædiuitibus ei, qui paupertate fameque laborat: quod apto adagione nostrates efferunt: *A mi padre llamaron ogaza yo me muero de hambre.* Mystice vero de his exponere licet, qui sanctos viros ex sua familia iactare non cessant plenis buccis, cum ipsi vitiis scateant. Glossa ordinaria sensu morali hunc versum exponit de eo, qui præ pigritia ad Eucharistiam non accedit. Verba annecto. *Melius est, vt studeas semper in bono opere laborare, vnde reddatur tibi merces iustitia, quā vt consumas dies tuos in vanitate, & egeas illo pane, qui de celo descendit.*

Fili in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundū meritum suum. VERS. 31.

1. *Fili in mansuetudine serua animam tuam.* Id est, fili vitæ tuæ necessaria para. *Et da illi honorem secundum meritum suum.* Et cibos tibi ipsi appone iuxta dignitatem tuam.

2. *Fili in mansuetudine serua animā tuā.* Verbum serua Græcis est honora. Quod verbum non insolenti scripturæ phrasi significat ad vitam necessaria suppeditare. Ergo sensus est: si tempus difficile tibi cōtingat, & alimentis necessariis egeris, ne id agreferas, sed quaestum ex labore conquire, quo vitam transigere valeas. Non longe ab hac expositione abest noster vulgatus dum vertit, serua, id est, conferua vitam tuam, scilicet præbendo tibi ipsi necessaria ad vitæ sustentationem, etiam si ad hoc necesse sit laborare, & insudare multum: Hic sensus filio orationis maxime congruit: ceterum probabiles aliqui authores, hac ratione exponunt; fili vitæ tuæ consule, atque eam in periculis tuere, cum mansuetudine tamen, ne eos, qui tibi nocere conantur, atterere, præ indignatione velis. Ergo sententia mansuetudinem consulit, quæ necessaria est ad vitæ sustentationem: nam qui ex qualibet occasione irascitur frequentibus periculis vitam suam obicit. Multa ergo toleranda, neque ex qualibet occasione iræ fræna laxanda, ne vitæ nobis crimen obiciamus. His similia sunt verba Domini apud Lucam 21. 19. Lucæ 21. 19.



In patientia vestra possidebitis animas vestras. Paulus de Palacio. Si in paupertatem incideris, memor sis mansuetudinis tuæ, nam licet omnes dedecet ira, maxime tamen pauperes, quos oportet mansuetos esse, & diuitem fastum patienter ferre. in quem sensum etiam exponit posteriorem versus partem, nempe; & da illi honorem secundum meritum suum. Id est, maximum enim decus & ornatum accipit anima ex patientia, & rebus aduersis. Ergo non ille honori suo cõsultat, qui iniurias propulsat, sed qui cõdonat.

3: Et da illi honorem secundum meritum eius. Græci, secundum dignitatem eius. In quem sensum referenda sunt Latina secundum meritum. Nam dignitas, & meritum quandoque conuertuntur. Cornelius Iansenius ita exponit illud, secundum meritum eius, id est, pro dignitate ipsius animæ. Ac si dicat, memineris quantæ dignitatis sit anima tua: quanti æstimari debeat humana vita, & ne graueris laborare, dũ eam videris præ fame perditum ire: quam expositionem vim addere putat præcedenti sententiæ. Nam cum plerique hominũ a labore abstineant, ne laborando dehonestentur, vt præcedens sententiã retulit, nepe: Melior est, qui operatur, & abundat in omnibus, quã qui gloriatur, & eget pane: ait, adeo non ad quæstum laborantem, animam suam non dehonestare, vt potius det illi honorem secundum meritum eius. Tantæ enim dignitatis vitam suam, & animam suam iudicat, vt pro ipsa laborare non detrectet. Ast ego illud secundum meritum eius hac ratione expono. Concede tibi alimenta iuxta statum, & conditionem tuam: alia epulæ, & pocula conueniunt Regi, cuius dignitas maxima est, alia regni proceribus, alia equitibus militiam, mercaturam agentibus alia, atque alia. Ergo docetur quisquis propriis finibus contineri, nec debitam mensuram, & modum præterire in conuiuio parandis, & in quotidiano cibo. Vel referenda sunt verba ad cuiuscunque valetudinem, vt delicatioribus vtatur cibus ille, qui his opus habet, ille verò rudioribus, cui firma est valetudo.

Dionys. Carth. Da illi honorem secundum meritum suum, id est, de futura beatitudine consolare. Et, ac refice, & fac eam sensualitati & corpori imperare, ne merearis audire: homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & factus est similis illis. Ergo dupliciter exponit. Prius, consolare animam tuam memoria beatitudinis; quæ cuique continget iuxta merita sua. Posterior: ne animam, partem scilicet pretiosissimam corpori subiicias.

VERS. 32. Peccantem in animam suam quis iustificabit? & quis honorificabit exhoronantem animam suam.

1. Peccantem in animam suam quis iustificabit. Quis culpa liberabit eum, qui vitæ suæ non cõsulet, iuxta id quod debet. Et quis honorificabit exhoronantem animam suam. Et quis alimenta suppeditabit ei, qui se cibo necessario priuat.

2. Peccantem in animam suam quis iustificabit. Ex superiori versu sententia pendet. Præmiserat, fili in mansuetudine animam tuam serua, id est, iuxta cõditionem, & statum tuum tibi ipsi cibum, & vestes, & reliqua ad vitam necessaria compara: subdit rationem. Peccantem in animam suam quis iustificabit? Si tu tibi ipsi detrahis, & sũptui parcis, vulgari amictu vestitus incedis, cum sis nobilis vel ingenuus: quis te iustificabit? Quis tibi honorẽ dabit, quis hoc factum excusare poterit? Quis te defendet? quis te iustum pronũtiabit: omnia hæc significat verbũ iustificare. in hunc sensum exponenda posterior pars. Et quis honorabis exhoronantẽ animam suam: Verbũ honorare

pro alimenta suppeditare accipio, sicut præcedenti versu, iuxta Paulinam phrasim 1. ad Tim. 5. 17. *Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur.* Id est, duplici portione. Ergo sensus est. Nam si te ipsum rebus ad vitã necessariis priues, quis eas tibi suppeditabit. Indignus quippe est auarus, qui aliquid dono accipiat. Vel etiam si verbum honore in propria significatione accipiatur, non incongruum sensum habent verba, scilicet: quod si tu debito te honore priues, qui ex vestitu, mensa, comitatuque accrescit, quis tibi honorem impendet?

Peccantem in animam suam, &c. Cornel. Iansenius de eo versum exponit, qui aliquod crimen cõmittit se indignum, vel quoquomodo animam suam dehonestat, hic enim nulla defensione dignus est. Hugo Card. Peccatis manifestis polluentem animã suam. Ergo licet omnia peccata cauere doceat author, præcipuẽ illa quæ publice cõmittuntur. Nonnulli aduersum præcedentem referunt hac ratione: *Fili in mansuetudine serua animam tuam.* Id est, mansuetudini, & patientiæ incumbe: *Nam peccantem in animam suã quis iustificabit?* Id est, nam si iræ colla submittas, & hac ratione te ipsũ deturpes, quis tibi honorẽ præbebit? Nam iram non frenare maximũ dedecus affert. Sed prior expositio magis ad rem præsentem facit. Optime author per interrogationem suam sententiam exponit: nam his interrogationibus vehementius negat, quam si diceret simpliciter.

Et quis honorabit. Exhoronantem animã suam. Idem Iansenius, & ei qui à laboribus adducendo, ad vitã necessaria non quærit, quis alimenta ministrabit? Non displicet expositio, nec multũ abest, ab ea quã tradidimus. Dionys. Carth. locum exponit de vitiiis carnalibus his verbis. *Et quis honorificabit exhoronantem animam suam, id est, honore indignus est, qui animam suam peccando facit inhonorabilem, & quauis Seneca Tullioque restantibus spiritualia peccata plus vitiet, carnalia tamen plus infamant. In hoc enim cõsistit honor anime rationalis, vt à carnalibus terrenis, ac transitorijs abstrahatur.* Vitia carnalia vocat Dionysius, quæ præcipuẽ corpus inuadit, vt luxuria & crapula, &c.

Pauper gloriatur, per disciplinam, & timorem suum: & est homo qui honorificatur propter substantiam suam. VERS. 33.

Ostendit in hoc versu author viã per quã possit adipisci nominis celebratorem, non secus ac diues. Pauper gloriatur per disciplinam, & timorẽ suum. Id est, si pauper sapiens fuerit, si Deum colat, & reueretur, honori omnibus erit, nõ aliter ac diues, qui ob partas facultates multo in honore est apud omnes: hoc enim significat posterior pars versus. *Et est homo qui honorificatur propter substantiam suam.*

Pauper gloriatur, &c. Græca exẽplaria idẽ verbum habent in vtraque parte sententiæ, verum in prima vulgatus transtulit gloriatur, in secunda honorificatur. Quod verbum in omnibus versibus his habetur, & in alio transtulit vulgatus seruo, in alio honoro. Et nos exposuimus necessaria ad vitã suppeditare. Verũ in præsentem versu hanc significationẽ commode habere non potest, sed aliã magis tritam, & quam noster vulgatus prætulit, scilicet gloriatur, verbũ autem gloriatur passiuẽ accipio pro honorari: non actiuẽ, sicut alibi pro iactare, & extollere se, vt male Hugo, & Dionys. Carth. id est, pauper si sapientiæ, virtutique incumbar, non aliter honorem adipiscetur, ac solent diuites propter diuitias. Alij Latini authores in eadem significatione verbi persistentes in qua superioribus versibus nos illud accepimus, versum exponunt. Pauper hono-



noratur ob disciplinam & timorem. Id est, pauperi dantur ad vita necessariam ob virtutem; & sapientiam. Insuper est homo, cui multa dantur, quia opibus abundat, hac enim ratione exponunt secundam versus partem. Verum licet hæc expositio, in priori parte, utcumque sustineri possit, in posteriori verò nulla ratione. Lyra per pauperem intelligit humiles, sunt enim humile multo honore digni.

Lyra.

3. *Et timorem suum.* Ego per timorem, cultum, & latrariam intelligo, fauet Tigurina quæ hac ratione transtulit. *Pauper propter scientiam suam, & religionem gloriam adipiscitur.* Nota, quod pronomen suum non ad timorem, sed ad scientiam referendum est.

4. *Et est homo qui honorificatur propter substantiam suam.* Tam ob diuites, quam ob pauperes insertam sententiam docet Palatio. ob diuites, quia eos docet magis virtuti, & sapientiæ honorem suum credere quam opibus, nimirum, quia illæ fluxæ sunt, illa verò firmius animo adhæreat, quapropter laus, quæ à sapientiæ venit, & pietate diuturnior, & firmior est. Docetur etiam pauper, ut si ad meliorem peruenit fortunam, studium nihilominus sapientiæ, & doctrinæ seruet, nam si hæc ad multam gloriam extollunt hominem ab humili statu, multo magis dum è fæce paupertatis emerit eundem gloriosum reddent.

Palacio.

VERS. 34. *Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? & qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.*

1. *Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia?* Id est, si vilis, & pauper homo honoratur propter sapientiam & pietatem: quem quæso honorem haberet, si ei felicius fortuna afflisset? *Et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.* E contra verò, qui non ob sapientiam, & virtutem honoratur, sed ob solas diuitias suspicitur, is sanè maximè vereatur paupertatem, cum vna rerum copia cum honorem concilier.

2. *Qui autem gloriatur.* Aliqui verbum gloriatur exponunt hac ratione, qui autem abundat donis (hoc enim est gloriari, & honorari, ut superius diximus) cum pauper est ob virtutem, & sapientiam, multo plura, & maiora dona acciperet si pietati, & sapientiæ felicius accessisset fortuna. Verum licet verbum Græcū, quod noster interpres transtulit gloriatur, pro honorari accipi possit; hoc tamen loco præstat illud exponere inusitata, & magis propria significatione, iuxta illud Eccl. 7. *Vtilior est sapientia cum diuitiis, & magis prodest videntibus solem.* Duplicè expositionem adducit Dionysius ad mores. Prior est: ille qui in paupertate & laboribus gloriatur, ille securus diuitiis uti poterit, securus inquam, quod nõ tumescet infelicius fortuna, qui infelicè patienter tulit. Vel qui cū diues est turget, & inaniter inflatur, huic utiliter diuitiæ subtrahuntur, ne nimium inflatus creper.

Eccl. 7.

Dionys.

3. *Et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.* Hanc partem hac ratione efferunt Græca exëplaria. *Et inglorius in virtute, quanto magis in paupertate.* Id est, qui inglorius erat facultatibus, abundans scilicet ob vitia, vel alias ob causas, si in paupertatē deuenit, longe magis erit dedecori, quandoquidè vitia, quibus deturpatur, vitiiis celerare non poterit, vel populi auram captare, aut assentatores alere. Non longius abest codex Latinus, si ea, qua exposuimus ratione ad Græca exemplaria detrahamus. Scilicet, o diues, qui ob solas diuitias honoraris, caue ne ab illis excidas, nã omnibus proculdubio probro eris, & dedecori. Dion. Carth. *Paupertatē vereatur. Similiter, qui in spirituali opulenta gloriatur in Domino, spiritualium donorum carentia detestetur, ne cum ceperit spiritu,*

Dionys.

*carne iã consummetur, & sunt nouissima eius peiora prioribus.* Multum ergo cauendum est eis, qui spiritualē viam ingressi sunt ne torpescat, ex hoc enim animæ torpore infelices exitus passim videmus. Hugo Hugo. Card. *Qui gloriatur in substantia spirituali, vel scientia vel virtutum paupertatem rerum vereatur, id est, honoret, quia paupertas custodia est humilitatis, & custodia omniū virtutum.* Ergo verbum vereatur accipit Hug. pro reuerentiam exhibeo. Addit idem. *Et paupertatē reuereatur, id est, nuditatem virtutum timeat.* Lyra. & paupertatem reuereatur, quia frequenter pauperes in diuitias, & è conuerso transmutatur. Lucæ 1. *esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* Tam facilis transitus est ab vno in aliud, ut qui pauper est sperare possit breui se fore ditandum, & qui diues, ad summam pauperiem redigendum.

Hugo.

Lyra.

## ETHOLOGIA CXXIII.

*Prelatus non modò spiritualia curet, sed ad vitam necessaria.*

**M**ulta inferit his vltimis versibus Ecclesiasticus de cura prælatorū erga subditos, in super addit non fraudandum genio, sed cuique secundum status conditionem alimenta necessaria ad vitæ sustentationem fore tribuenda, vnde aptè satis ad propositum præsens Ethologia euincit prælatum non modo curaturum ea quæ ad spiritus profectū pertinent subditorum, sed etiam teneri ad suppeditandū ad vitā necessaria cuique pro modulo suo. Cum enim homo corpore, & anima constet, non satis est si de anima tantū sit sollicitus, corpore omnino neglecto. Imò verò difficilè subditi patiuntur diligentè prælatū erga spiritualia, nisi ab illo aliquod cōmodum tēporale repperent. Ioan. 6. *fatiata multitudo subintulit Dominus discipulis: Colligite qua superauerūt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.* Origenes tract. 14. in Matth. autumat hos duodecim cophinos adumbrasse duodecim thronos, de quibus Christus Matth. 19. *Sedebitis, & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Sed quæ quæso similitudo inter eminentes thronos, quibus docet in secessuros fore Apostolos tanquā iudices, & duodecim cophinos semefos piscis, & frustra panis continentes? Sanè non inanis vtriusque analogia, & vtraque res prælatū integrè, & plene designat, nempe tribunal ostendit curam, quam gerere debet in componendis subditorū moribus, sportæ verò alimentis plenæ curam erga temporalia; ostendunt ergo neutrum horum sine altero prælatorum officium plene adumbrare posse, sed si vtrumque coniungatur, præclare illud designat. *Arbitror autem* (ait Origen.) *duodecim cophinos fuisse apud Discipulos, quibus dictum est. Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israël.*

I.

Ioan. 6. 12.

Mat. 19. 28.

Orig.

2.

Prou. 31. 13.

Ambros.

Optimè ad rem præsentem exponit Ambrosius in c. 31. Prou. illud prædicti capitis n. 13. *Quasiuit linum, & lanam, & operata est consilio manuum suarum.* Circa lanam, & linū fortis mulier operatur, quæ iuxta Ambr. prælatum designat. Lana autem, quæ ab ouibus, & agnis abstrahitur, res corporales designat, linū verò quod ex herbis fit, spiritualia prætedit iuxta eundē. Ergo ille penes quem summa rerū est vtrique operi manum adhibeat, nec tantum lanam, nec tantum linum sibi vèdicet, sed circa vtrumque sit sedulus, ut spiritualia curet, & temporalia non negligat. *Lanificam, & linificam* (ait Ambrosius) *matronam hanc sanctus sermo describit: queritur modo à nobis, quid sit lana, quid sit linum? lanam carnalē quidem puto, linū spirituale. Hoc audeo conijcere ex ordine vestimentorū nostrorum. Nam vestimentorū nostrorū interiora sunt linea, exteriora sunt*

sunt



sunt lanæ, quicquid carne operamur, in propatulo est, quicquid spiritu, in secreto. Operari carne, & non operari spiritu, quamuis bonum videatur, utile non est. Operari vero spiritu, & non operari carne, pigriorum est.

3. *Iob 29. 12. Eo quod liberaisset pauperem vociferantem, & pupillum, cui non erat adiutor. Hæc verba exponit Gregorius lib. 19. mora. cap. 15. De iuuandis miseris opere, & elemosyna. Præmiserat autem Iob*

*cod. c. n. 7. Quando procedebat ad portam ciuitatis, & in plateis, parabat cathedram mihi. En tibi duæ partes officij prælatorum, quarum utraq; obire debet, nec alteram contemnere. Nempe docere ex cathedra, & ad vitam necessaria suppeditare. Hoc idem significant verba illa*

*Gen. 1. 12. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & faciens unumquodque sementem secundum speciem suam. Duo dicitur terra produxisse, nempe segetes, quæ victum, & alimentum homini ministrarēt: tum etiam proceras arbores, quæ fessis viatoribus, & multo calore æstantibus umbram præberēt, & refrigerationem. Hæc duo obire debet, qui præest: ut scilicet vitiorum æstu fessis, umbram præbeat, pietatem doceat, à vitiiis cauere instituat, hoc enim est umbram offerre. Tum etiam victum, vestitum, & reliqua ad vitam necessaria subministrat, id enim significat terra, dum segetes profert in hominum usum. Audi verba Gregorij. Eo quod liberaisset pauperem vociferantem, & pupillum, cui non erat adiutor. Vox quippe cum opere sibi necessario concordat. Hæc autem beatus Iob, & exhibuit subditis, & tamen per sanctam Ecclesiam exhibenda significauit. Quæ utraq; nunc ineffabiliter exercet, ut videlicet, & filios suos, & loquendo pascat, & defendendo protegat, quatenus, & per verba bonos satiet, & per patrocinia teneatur amari. Bene autem scriptum est: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum fructiferum faciens fructum iuxta genus suum. Quod sic est veracius factum, ut significaret faciendum.*

*Gregor. Per terram quippe significatur Ecclesia, quæ & verbi nos pabulo reficit, & patrocinij umbraculo custodit, quæ & loquendo pascit, & opitulando protegit, ut non solum herbam refectiois proferat, sed & cum fructu operis arboris refectiois.*

4. *Exod. 26. 1. Tabernaculum vero ita facies: decem corinas de bysso retorta, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, variato opere plumario facies. Pulchra sanè hæc & speciosa pulchritudine colore variegata, quæ interioriorem partem sanctuarij ornant. Verum ut ab his pluuia, ventos, & puluerem arceant, vide quid subiungat eodem ca. num. 14. Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arterum rubricatis: & super hoc rursum aliud operimentum de ianthinis pellibus. Hæc exteriora operimenta viliora quidem, non tamen minus hæc, quam illa necessaria, ut scilicet contra ingruentes tempestates interioriorem splendorem defendant. Hæc duæ partes tabernaculi duas partes significant officij prælatorum, illud quidem interius culturam animi protendit, alterum vero quod exterioriorem partem spectat, ea quæ ad corporis sustentationem sunt necessaria, adumbrant. Nam licet hæc sint minus pulchra minorisque pretij, sine his tamen alia consistere nequeunt, nec subditis libenter excipit doctrinam prælati, qui curam corporis abiecit. Ad Moysen, ait Gregorius lib. 5. mor. cap. 18. quippe dicitur, ut ad tegenda interiori sancta sanctorum, ex bysso, cocco, atque hyacintho vela texantur: iussimque est, ut ad protegendum tabernaculum vela cilicina, & pelles extenderent, quæ nimium vel pluuia, vel ventos, vel puluerem tollerent. Quid enim per pelles, & cilicia, quibus tabernaculum tegitur, nisi grossas hominum mentes accipimus, quæ aliquando in Ecclesia occulto Dei iudicio, quamuis dura sint, præferuntur: quæ quia seruire curis temporalibus non timent, oportet, ut tenta-*

*tionum ventos, & pluuia de huius mundi contrarietatibus portent. Quid vero per hyacinthum, coccum, byssumque significatur, nisi sanctorum vita tenera, sed clara? Quæ dum caute in tabernaculo sub cilicijs, & pellibus absconduntur, sua integra pulchritudine seruantur.*

*Apocalypf. 8. 1. Et cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in celo quasi media hora. Hoc silentium si ad mores transferatur spiritualium rerum altam contemplationem designat, hoc autem silentium fit in celo, id est, in his qui præsunt, verum nota, quod hoc silentium in celo dimidia tantum hora factum dicitur, quia qui præsunt non debent totum tempus in spiritualibus ponere, sed dimidiam horam spiritualibus præbeant, & aliam dimidiam in temporalibus infumant. Hoc dixerim ex Gregorio lib. 30. moral. cap. 1. 24. Qui suam sententiam firmat ex verbis Genes. 2. 21. Immisit Dominus soporem in Adam. Cunque obdormisset tulit unam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & edificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. Non passus est Deus Adamum, quem rebus omnibus præfecerat, solitarium permanere, sed ei adiunxit uxorem Euam, quia ille qui præest non solum virilia munera obire debet, & circa rerum spiritualium contemplationem versari, sed etiam ad faminea officia descendere, & ea parare, quæ ad victum necessaria sunt subditis, expende etiam cum Gregorio tempus, quo abstracta costa in mulierem ædificatur, nempe dum Adam inuentis excessum pateretur, tunc quidem ab eo costa euellitur, scilicet prælatum non totum tempus infumat in diuinorum rerum contemplatione, & cura spirituali subditorum, sed inde se ipsum detrahat, & auellat, & ad hæc temporalia traducat. Factum est*

*Greg. silentium (ait Gregorius) in celo quasi dimidia hora, celum quippe vocatur Ecclesia electorum, quæ ad æterna, & sublimia dum per subleuationem contemplationis intendit, surgentes ab infimis cogitationum tumultibus premit, atque intra se Deo quoddam silentium facit, quod quidem silentium contemplationis, quia in hac vita non potest esse perfectum, factum dimidia hora dicitur. Sciendum vero est quod nequaquam culmen contemplationis attingimus si non ab exterioris curæ oppressionibus cessemus. Quod silentium nostrum bene Adam dormiens figurauit, de cuius mox latere mulier processit, quia dum quis ad interiora intelligenda rapitur, à rebus visibilibus oculos claudit. Et tunc in semetipso, vel quæ esse utiliter debent, vel quæ subesse possent infirma, distinguit. Aliud in illo sit, quod regere valeat tanquam vir, aliud tanquam femina regatur, in hoc ergo silentio cordis dum per contemplationem interius vigilamus, exteriori quasi obdormiscimus.*

*Ecclesiast. 11. 2. Da partem septem, necnon & octo, quia nescis, quid futurum sit malum super terram. In suum locum asseruimus historicum sensum huius loci, eum verò ad rem præsentem trahamus sensu morali cum Gregorio lib. 35. Moral. cap. 7. Hic enim per septenarium numerum intelligit res omnes temporales, quæ septem dierum spatio conditæ sunt, per octonarium verò numerum adumbrari putat spiritualia, & cœlestia, nam Christi resurrectione, quæ nostram resurrectionem protendit, octauo die facta est. Ergo tu qui præes da partem septem, necnon & octo, id est, non ita spiritualibus incumbas, ut temporalia omittas, sed spiritualia cura, & temporalia non deferas. Hoc idem significari credit Gregorius per quindecim gradus, per quos ad templum ascendebatur. Septem quidem, & octo quindecim efficiunt. Ergo qui dignas hostias Deo mactare intendit, his quindecim gradibus in templum conscendat, ne in medijs gradibus consistat. Hunc mysticum numerum inuenit Gregorius*

*Apoc. 8. 1. Et cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in celo quasi media hora. Hoc silentium si ad mores transferatur spiritualium rerum altam contemplationem designat, hoc autem silentium fit in celo, id est, in his qui præsunt, verum nota, quod hoc silentium in celo dimidia tantum hora factum dicitur, quia qui præsunt non debent totum tempus in spiritualibus ponere, sed dimidiam horam spiritualibus præbeant, & aliam dimidiam in temporalibus infumant. Hoc dixerim ex Gregorio lib. 30. moral. cap. 1. 24. Qui suam sententiam firmat ex verbis Genes. 2. 21. Immisit Dominus soporem in Adam. Cunque obdormisset tulit unam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & edificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. Non passus est Deus Adamum, quem rebus omnibus præfecerat, solitarium permanere, sed ei adiunxit uxorem Euam, quia ille qui præest non solum virilia munera obire debet, & circa rerum spiritualium contemplationem versari, sed etiam ad faminea officia descendere, & ea parare, quæ ad victum necessaria sunt subditis, expende etiam cum Gregorio tempus, quo abstracta costa in mulierem ædificatur, nempe dum Adam inuentis excessum pateretur, tunc quidem ab eo costa euellitur, scilicet prælatum non totum tempus infumat in diuinorum rerum contemplatione, & cura spirituali subditorum, sed inde se ipsum detrahat, & auellat, & ad hæc temporalia traducat. Factum est*

*Greg. silentium (ait Gregorius) in celo quasi dimidia hora, celum quippe vocatur Ecclesia electorum, quæ ad æterna, & sublimia dum per subleuationem contemplationis intendit, surgentes ab infimis cogitationum tumultibus premit, atque intra se Deo quoddam silentium facit, quod quidem silentium contemplationis, quia in hac vita non potest esse perfectum, factum dimidia hora dicitur. Sciendum vero est quod nequaquam culmen contemplationis attingimus si non ab exterioris curæ oppressionibus cessemus. Quod silentium nostrum bene Adam dormiens figurauit, de cuius mox latere mulier processit, quia dum quis ad interiora intelligenda rapitur, à rebus visibilibus oculos claudit. Et tunc in semetipso, vel quæ esse utiliter debent, vel quæ subesse possent infirma, distinguit. Aliud in illo sit, quod regere valeat tanquam vir, aliud tanquam femina regatur, in hoc ergo silentio cordis dum per contemplationem interius vigilamus, exteriori quasi obdormiscimus.*

*Ecclesiast. 11. 2. Da partem septem, necnon & octo, quia nescis, quid futurum sit malum super terram. In suum locum asseruimus historicum sensum huius loci, eum verò ad rem præsentem trahamus sensu morali cum Gregorio lib. 35. Moral. cap. 7. Hic enim per septenarium numerum intelligit res omnes temporales, quæ septem dierum spatio conditæ sunt, per octonarium verò numerum adumbrari putat spiritualia, & cœlestia, nam Christi resurrectione, quæ nostram resurrectionem protendit, octauo die facta est. Ergo tu qui præes da partem septem, necnon & octo, id est, non ita spiritualibus incumbas, ut temporalia omittas, sed spiritualia cura, & temporalia non deferas. Hoc idem significari credit Gregorius per quindecim gradus, per quos ad templum ascendebatur. Septem quidem, & octo quindecim efficiunt. Ergo qui dignas hostias Deo mactare intendit, his quindecim gradibus in templum conscendat, ne in medijs gradibus consistat. Hunc mysticum numerum inuenit Gregorius*

*BBb 2 in*

5. Apoc. 8. 1.

Gen. 2. 21.

Greg.

6. Eccl. 11. 12.



in Christi discipulis, super quos illapsus est Spiritus sanctus die Pētecostes. Hic enim Spiritus eos amat, eos fouet, & amplectitur, qui vtrāque curā, scilicet spiritualē, & temporalem assumūt. *Da partem septem* (ait Gregorius) *ne non & octo. Per septenarium quippe numerū hoc quod septē diebus agitur prasēs tēpus expressit, per octonariū vero vitā futuram designauit, quam sua nobis Dominus resurrectione patefecit, dominico scilicet die resurrexit, qui dñi die septimū, id est, sabbatū sequitur a cōditione octauus inuenitur, bene autē dicitur: da partē septē, ne non & octo, quia ignoras, quid mali futurū sū super terrā: ac si aperte diceretur, sic dispēsa temporalia vt appete re non obliuiscaris aeterna. Oportet nāque, vt in possēn bene agendo prouideas, quia de vēituro iudicio, quāta tribulatio sequatur, ignoras. Hinc est quod quindecim gradibus tēplum ascēditur, vt ex ipsa eius ascēssione discatur, quatenus per septem, & octo, temporalis scilicet dispēsetur actio, & prouide mēsurā aeterna requiratur, propter hunc septenariū numerū tēporalia, octonariū vero aeterna significātem, super centū viginti fideles in canaculo residentes Spiritus sanctus effusus est. Per septē quippe, & octo quindecim cōponūtur, & si ab vno vsque ad quindecim numerando paulatim per incremēta cōsurgimus, vsque ad centesimū, & vigesimū numerum peruenimus. Quia scilicet effusione Spiritus sancti didicerunt, vt & temporalia tolerando transirent, & aeterna hincianter appetere.*

7.  
Gen. 3.

Genes 3. Cur praecepit vobis Deus, vt non comedetis de omni ligno Paradisi. His verbis satis offendit serpens calliditatem, & astum suum, sensim virus instillat, & subinde ab amore Dei, & benevolentia, parentes nostros auellere intendit, odia, & discordias seminat. Hoc vt faciat Deus nimis seuerū humano bono inuidentem, & res ad victū necessarias non curantem inducit, nihil enim est, quod aduersus Prælatum subditū ita exulceret, quam si ea neget, quę ei ad corporis sustentationē necessaria sunt, aut hęc parce prębeat. Ergo per sūmū astū diabolus de vetito ligno Deū apud mulierem insinulat, vt eam ab eius amore auellat. Pulchre dictum innuit Chrysostronus Hom. 15. in Genesim his verbis. *Cur dixit Deus, ne comedatis de omni ligno, quod est in paradiso? Quasi diceret malignus ille demon. Quare Deus priuauit vos tāta fruitione? cur non cōcedit, vt participes sitis eorū honorū, quę sunt in paradiso? Sed pręstitit quidē, vt visu frueremini, maiori tamē voluptati interdixit? quare inquit hoc? quia vilitas versari in paradiso, & non frui eis, quę in eo sunt, sed ideo maiorem fertis dolorem, quod expectare licet vobis licet frui non licet.*

8.  
Matt. 5.4.

Matt. 5.4. Ut sitis filij Patris vestri, qui in caelis est, qui solē suū oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos, & iniustos. Per solē, & pluias intelligit Christus Dominus omnia tēporalia, quę pluuie humore, & Solis ardore veluti cōmunibus instrumentis producuntur. Vide ergo quid dicat. *Qui Solem suum oriri facit, &c.* id est nō rogatus, nō requisitus vltro, & spōte hęc ad vitā necessaria producit, hominum vota anteuertit, & hęc nō petētibus elargitur. Spiritualia quidem prębet, sed adhęc danda precibus quæriri excitari, ad temporalia vero nō requisitus descendit. Hęc Chrysostr. Hom. 54. in Genesim, vbi rē expressius probat ex verbis Domini Matt. 6. 36. *Quærite primū regnū Dei, & iustitiā eius, & hęc omnia adiiciētur vobis.* Duo hominibus necessaria denūtiat, Regnū scilicet Dei, quod spirituale quid designat: alia verō quę tēporalia sunt, quę dicit adiicienda. Ergo regnū Dei quærendum pręmisit, id est, multa diligētia inuestigandū: reliqua verō quę ad vitā sustentationē pertinent, vel ofcitatibus danda firmat. Ac si dicat, Deus quidem vtrāque concedit & spiritualia, quę ad animum pertinent, & temporalia, quę ad vitam transigendam spectāt, diuerso tamen

Matt. 6.36.

modo, nā ad spiritualia precibus sollicitatur, tēporalia vero nō rogatus donat: quę imitari debēt qui pręfunt, qui tanta cura virgeri debent ad eas, quę ad vitā transigendam spectant, vt hęc nō quaerita offerāt. Hęc cōgerit Chrysostronus exponēs verba illa Iacobi in Mefopotamiā pergetis Gen. 28. 20. *Si fuerit Deus mecū, & custodierit me in via per quā ego ambulabo, & dederit mibi panē ad vescendū, & vestimentū ad induendū, reuersusque fuero prospere in domū patris mei, erit mibi Dominus in Deū.* Vide quid petat vir iustus, & quā ob causam Dominū in Deum agnoscat, nēpe si dederit illi panē ad vescēdū, &c. Nā licet hęc minus sint pręcipua, tamen benevolentia, & amore prelati erga subditos magis ostēdunt. Nō simpliciter (ait Chrysostr.) *prætereamus, quę dicta sūt, sed amulemur omnes hunc iustū, & nos qui in gratia eū, qui ante legem, & nihil tēporale petamus a Domino. Nec enim expectat Dominus, vt a nobis admoneatur, sed & non petētibz, nobis largitur ea, quę ad vsum pertinent. Oriri enim facit solem suum super malos, & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Et credamus ei adiuuenti. Et dicenti: Quærite regnū Dei, & hęc omnia adiiciētur vobis.*

Gen. 28. 20.

Chrysostr.

Desidiam Heli Sacerdotis his verbis vrget Deus 1. Reg. 2. 27. *Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum: Hęc dicit Dominus: nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, cum essent in Aegypto in domo Pharaonis? Et elegi eum ex omnibus tribubz Israël mibi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, & adoleret mibi incensum, & portaret Ephod coram me, & dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israël.* Vide quibus rationibus peccatum sacerdotis extollat, & augeat, nempe in medium deductis beneficiis, quę in eum Deus contulerat, quorum vltimum & quasi aliis maius illud est. *Et dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israël.* Id est, dedi tibi omnia quę ad vitā sustentationem necessaria erant, & aliquam partem ex sacrificiis in cibum tibi selegi, sanē cū prælatus subditis elargitur abunde, quę ad victū necessaria sunt, merito eos in officio cōtinet, quod si hi accepto beneficio nihilominus deliquerint, correptione digni sunt: si vero qui pręstet hęc temporalia nō cūret, qua fronte, aut corrigere, aut punire poterit eorum peccata, hanc expositionem aperte affert Gregorius magnus, in hunc locum Regum, his verbis. *Quasi ei aperte obiectione reputet dicens: in vltro ei desui, cum spiritualis honoris, potestatisque culmina prębuit, & ad temporales vsus terrenę abundantię copiam ministrāuit.*

9.  
1. Reg. 2. 27.

Gregor.

Lib. 1. Reg. c. 1. 10. *Tulit autem Samuel lenticulam olei & effudit super caput ipsius.* Tam Reges, quam Prophete, & Sacerdotes, oleo inungebantur. Quid olei vnctio habet cū Sacerdotali, & regia potestate commune? Gregorius in expositione huius loci boni prælati, tam spiritualis, quam temporalis adumbrari existimat in olei proprietatibus munus, quarū prima est, vt aliis omnibus liquoribus innatet, quod prælatus misericordiam significat, & prouidentiam erga subditorum alimenta, in super oleum pabulum igni ministrat, alioquin fomēto summo ignis extinguitur, hoc idem exsequi debet prælatus, videlicet nequid desit ad alendam vitam subditorum, in hanc sententiam trahit Gregorius illud Psal. 144. *Miserationes eius super omnia opera eius, id est, misericordiam suam & beneficentiam intulit omnibus suis pręceptis, & eā veluti superimpōsuit omnibus pręceptionibus suis.* Facile enim iussa eius suscipimus, cuius beneficentiam experimur, & si quis necessaria ad vitam subministrer, facile iniungere poterit quod velit: lubentes enim eius voluntati subdimur, qui nobis in necessariis ad vitam pręsto est. *Tulit autem ait Gregorius lenticulam*

10.  
